

SECTIO SECUNDA,

De Febris malignæ castrensis epidemiacæ declinatione.

CAPUT I. De variis declinandi modis, quorum ope febris maligna castrensis epidemiacæ præcaveri potest.

MOrbum hunc divina assistente gratis tribus modis præcaveri posse quotidiana nos docet experientia.

I. *Observatione debiti ac decenti vita regiminis*, quod in observatione sex rerum necessariarum, non-naturalium à Medicis appellatarum, quæ non tam ad esse quā ad bene esse hominis spectant, consistit: hæcque sunt: 1. aëris, 2. cibū & potū, 3. motus & quietis, 4. somnū & vigiliā, 5. excreta & retentā, 6. ac animi paternata.

II. *Debita medi amentorum applicatione*, quæ iis, qui vel dispositionem ad hanc luem in corpus suscipiendam præsentiantur, vel in quibus una aut altera sex modo recensitarum rerum necessariarum, seu evidenter corrigi debet cito, tuto & jucunde exhibenda sunt.

III. *Mutatione loci*, quo in morbus ferocit: quotquot autem alienum solum, gravissimæ hujus luis virulentiam evitaturi petunt, timiditatē prius exire, benoque & pacifice esse animo, atque omnes excessus enormes vitare, amicè rogantur: nisi enim hoc faciant in locis longe dissipatis, nihilominus ab hoc morbo corripiuntur; & sic patrios lares fugiendo, ni mox Parcarum furvæque mortæ præceptis obediunt adiganunt, diu tamen lecto teneantur.

CAPUT II. Quomodo animi affectus sint sibi præpendi ac moderandi.

VIdemur quidem à consueta Medicorum via recedere, quod mox in principio, quonodo animi passionata dirigenda sunt, docere nisi simus: quem etiam ordinem Raymundus Mildererus in libro de medicina militari olim quoque observabat. Sed quoniam confit, absque animi placatione, nec aëris purissimum inspiratum, nec laudabilem cibum ac potum sumptum, exercitationes aut requiem, nec somnum & vigilias, neque excreta & retenta quicquam ad corporis vigorem, sanitatisque conservationem conferre; ideo prudentiores hoc vobis vitio haud versuros fore persuasi sumus, quod animum tranquillare ante omnia decreverimus.

Quorquot igitur loca febribus malignis epidemias, seu hac castrensi inquinata inhabitate coacti, alio se conferre non possunt, primario omnium peccatorum scelerumque commissorum memores, vera pénitentia inducti, resipiscant, horumque veniam à summo rerum Gubernatore devotissimis spiritiis, precibusque ardentissimis in genus procumbentes efflagitant; & virtutis ac pietati posthac literari, à vita perverba desistant, peccandique illecebros fugiant, necesse est; quod ubi præstabant, veramente in D. O. M. fiduciam collocabunt, eumque haud fœsta mente colent providentiam ac singulari ejus turelam per omnem vitam suam; etiam in omnibus actionibus, experientur, ut inde summus animi tranquillitas speranda veniat; cum ex aduerso pericaces Numinis contemnentes, quia se omnibus flagitiis nobilitare unice student, semet ipsos supremi Ju-

dicis clementia defraudent, variaque mentis inquietatione, animi anguore, ac conscientiae morsibus conficiantur; quæ certe haud parum ad harum foecrum productionem conferre solent.

Idcirco: quisquis es mortalium, spem tuem & dum Sol justitiae animi nubila fererat, & urgentibus angustiis in Deum tuum colloca, qui te nunquam deseret, sed salvum te vult, quoties peccata, suppetias ferente Deo, fugere, integer vita scelerisque purus vivere, atque nequitias viis relictis, tramite recto & ad vitam æternam ducente infistere tibi curæ cordique est: non enim Deum omnipotentem & ubique præsentem, imo & summe sapientem, omnia prouidentem ac misericordem credere sufficit, nisi eundem scelerum simul viadicem ac justum revereri velimus.

Posthac igitur quilibet omnem melancholiæ, marorem, ac vanum periculi mortisque imminentis metum excutiat, iisdem vale dicat, letaque mente seipsum erigat, quo corpori robur non deficit, ac spiritus inde suscitetur, & pro certissimo habeat se sub Numinis clementissimi tutamina esse, ut ut medios inter ægros grastante lue versari teneatur. Nimis enim hunc morbum exhorrescentes, solo saepius metu, folaque forti saepius animi impressione hujus mali crudelitatem experientur.

Spiritus namque animales ab angore ac timideitate, modum excedente, ira angustantur, & contristantur, ut virtute sua dilatante, partesque nobiliores perenni suo transitu roborante, quo felicior eidem sua manna obsonat, mirum quantum defudentur; hunc singulis humorum, alias laudabilem, coccionibus turbatis ac vitiatis, motibusque corporis pervertitis deleteria colluvies, hujus luis causa, proficiuntur; atque tandem propter omnino modum humoru corruptionem omnia naturæ præsidia corrunt.

CAPUT III. Qualis aer eligendus, & quomodo vitiosis fuliginibus refertus corrigendus.

Est quidem aer vitæ & morborum auctor juxta Hippocratis de statibus libro essatum, qui si purus, lucidus, ac ventis salubribus perfatur, non potest non magnum lanitati condimentum esse.

Aera igitur, sine quo ne per momentum vivere possumus, accuratius pensantes, in illo occultum vita nostra cibum esse deprehendimus: id quod felix ille, sic dictus Cosmopolites, Alexander Sethoniæ, observans in novi luminis chemici tract. XII. epilogi his verbis expressi: *Creatus homo de terra, ex aere vivit: est enim in aere occultum vita cibū, quem nos nocte de nocte de die aquam vocamus tares ad am, cuus spiritus invisibilis congelatus melior est, quam terra universa.* De quo pluribus possunt nobilis de Nuysement libro de sale philosophico, seu spiritu mundi universalis, Job. Risiu Holstii Phoenix philosophicus, Hygini à Barma Saturnia regna, Robertu Boyle de aëris vi elasticæ, cum aliis hujus virti celebrandis scriptis, Johanne Mayore quatuor primi libri tractatu medico-physici, Sebastiani Wirdigii medicina spirituum curiosa, Job. Henrici Kofferini disquisitio physico-medica de spiritibus, Andrea Nineri tractatus de spiritu mundi, seu nobili aqua caraiaca, & tandem Christiani Adolphi Balduni aurum aura cum phosphoro Hermetico, qui quas in compendio omnia de spiritu mundi, in aere natirante, notatu digna luci publicat ex obso.

Cum itaque aer spiritu mundi seu sale volatili atque impregnatur, se ab omnibus veneficis & perniciens exhalationibus aut vaporibus depuratus, ad vitam prolongandam, sanitatemque conservandam, quam maxime, necessarius fit: saepissime autem

rum à variis ejus è terra, ac montium cavernis exhalantibus fumis, ab infestis hominum, ac bestiarum cadaveribus oriundis fetoribus corruptis, (quod supra jam in prima sectionis capite V. §. 1. invenimus) iniciatur, sanitati nostrae si velimus consalere, hac loca deserere aut in salubriores nos recipere; aut si hoc commode fieri non posset, debitissimum aer corrigi atque depurari oportet.

Humidum, pessimeque olentem in ædibus vel angipottis contentum aëra interdu bis, ter vel plures, mane scilicet, circa meridiem, vesperi & noctu, flamma è probe prius exsiccatis lignis juniperi, abieghi, aut piceo suscitata purgamus; huic scopo etiam pulvis pyrius parum humectatus, sulfur itidem commune, chalcanthum, resina, cornua caprina, acetum & similia in prunas conjecta aut accensa inserviant.

Sanitati nostræ omnino consultum foret, si sterquilinia cuncta, sordesque à porcis, gallinis, animalibus, aliisque animalibus domesticis ex ædibus ac plateis arcerentur. Eluvies in plateis, aut angustioribus ædiorum areolis, decliviore facto canali in cisternas, aut profluente rivum ducatur, ne stagnando parorem contrahat. Neque etiam tolerandus est perversus mos impudicæ pubis, & puellarum natibus muros fricantium, alisque coacta ad ædes sepimenta, pomeria, derelictosque urbis angulos deponentium, unde proximi vici fetore inquinantur. Pariter quoque sordidi homines, ac ancillæ urinam matulis noctu collectam in plateas non effundant. Neu fetor excepcionum è sella familie aut cloacis publicis totam domum, totaque areas inficiat, ea probe obtegantur, aut in locum abdum transponantur, aut etiam à foris tempestive purgentur.

Carnificibus senatus consulo serio inculcetur, ne feridas cadaverum quorumcunque detractas pelles antequam in altiori, ab urbe tamen remoto, loco bene exsiccatæ fuerint, ædium superioribus contiguationibus suspendant, alias per totam viciniam tererimus inde exhalans squalor maximo cum sanitatis detrimento dispergeretur, naresque illic degentium perpetim ferret: imo grassante pecorum lue pelles nullo modo detrahant, sed ista cadavera profundiорibus fossis integra occultent.

Pannos, lecternia, linnea, vestimenta, ut & alia ægrotantium utensilia non statim ab aliis usurpentur, nisi prius probe lora, suffumigis correcta, aërique puriori ad tempus exposita fuerint: quod etiam de omnibus aliis rebus que nos ambire solent, intelligi debet, ne aëris inde magis conspurgetur, sed mundicie ejus opera detur.

Vita sordida luxuque dedita aëra in ædibus ac plateis, homines proxime ambientem, contaminare solet, ira ut, experientia teste, eundem non possunt non eiusmodi dira mala variisque morbi excipere.

Horis pomeridianis, hibernoque tempore, si cœlum favet, fenestræ valvasque parum patens facito, libereleaque flammam è juniperi in conclavi alto; ut aëreudo inquinato, feridoque expulso recens, ac spiritu æthereo turgidus intret, locumque perflet, quo facto mox iterum fores atque laminaria claudito.

Ægros invisi, aut aliorum nebulo aëre domo exentes, caveant sibi, ne per plateas festinando spicula nociva in aëre volitantia concitatius inspirantes attrahant; atque ægrotantium ædes vix ingressi haud statim ad lectum sublimi anhelitu properent, ne malignum decumbentium auram sudoremque exhalantem per respirationem in semetipsos recipient, neu per elusioni contagium inficiantur.

Curiosum est, inquit Tullius, ea scire velle, quæ ad nos non pertinent: idcirco nullus, nisi vocatus, aut munero devinctus qui terricum ægrotantium vultum exhorret, aut à nauseabunda ambiente me-

phiti contremiscit, febri maligna detentos adeat. Sed hoc eo turpis expediet, ubi ante accessum vel aliquot grana juniperi, vel parum de radice angelicae aut zedoaria, corticibus pomi citri vel aurei, aut caryophyllum manferint.

Hunc etiam in finem haud parum emolumenti dabit casura fabæ magnitudine sindoni insuta, si naribus sepe admovatur; vel sequentes res seculo includantur.

pt. Rad. angelica rec. siccata, myrra rubra selecta, casura, caryophyllor. ana 3j. baccar. junip. GR. LX. cymas ruta rec. tres, nucem myristicam rotam.

Incisa & contusa in unicum saltem vel duos globulos coacta sindoni aut linteo involvantur, ac acto rutato, vel rosaceo intincta naribus frequenter applicentur: quibus etiam tempora & carpi simul fricentur. Necessitate urgente, si cuncta hæc ad manus non essent, ruta viridem manibus contritam, cum aliquot contractis juniperi granis itidem aceto humectam dicto modo adhibe; aut caryophyllos nucem myristicam, rutam viridem, baccaque juniperi simul contusas, acroque madefactas temporibus ac carpis saepius afficitato, naribusque admoveeto.

CAPUT IV. Quomodo viclus ratio hic sit observanda.

Non minus eleganter quam scitè Hieronymus Mercurialis opus de arte gymnastica cedro dignissimum à viis erroribus auspiciatus est hoc modo: *Quamdiu homines paucissimū rebus contenti lantas mensas & opipara convivia non cognoverunt, propinicationisque post inductam paulatim conuentudinem penitus ignorarunt, (id quod primū illū seculū existisse, memoria proditum est) morbi neque apparuerunt, neque eorum nomina innotuerunt; sicut usque ad tempora Socratis distillationum, quas Graci κακῶν dicunt, nomen quo nū hodie frequentius est, ignoratum esse tradidit Plato: qua de re tunc temporū medicina aut paucos omnino, aut nulos usus, nullaque principia existisse cerrum est: eti Home-ruu antiquissimus Author scripsit Ægyptum multas herbas, multaque medicamenta habuisse. Postquam verò intemperantia nefanda luctu, coquorum exquisita artes, delicatissima epulatum condimenta, vinorumque peregrina temperatura inter homines irreperere, morborum simul varia continuo genera succrescentia ad inveniendam medicinam eos coegerunt: quā semper carere profecto licuisset, nisi humana, vel potius ferina inglavies omnium vitiorum soboles, ejus usum omnium maxime necessarium efficeret.*

Ne igitur, hi, qui sanitatis vitæque integratatis studiosi sunt, ad eos scopulos navim suam afflictam videant, cum pro perverso seculi more intemperanter vivunt, assidue tuburcinantur, vino somnoque sepeliantur, iisdem suisq; essem, ut Medicorum innocua hygieines præcepta strictim observarent, & hisce temperatibus certe morbi tot ac tantas strages haud ederent. Quo itaque medium in hac re ienam, consultum duxi locum ex Plutarchi præcepti sanitatu, tomo 1. Operum Graco-Latinorum Parisiū 1624. editorum sat utilem iisdem commendare: Non igitur, inquit, imitari debemus bonos naviulatoros, corpusque subinde impletum & oneratum, purgando sursum & proluendo evanescere: sicut illi ob avaritiam, multa in naues cum ingeberant, assidue deinceps aquam exhaustire coguntur, sed corpora nostra habilia & expedita servare, ut etiam si aliquando premantur, ob levitatem suberia instar sursum sese effervant.

Qualem vero selectionem in cibo ac potu sumere, quemque modum in illis capiendis observare debent, ipsis celebriores, qui de alimentorum facultatibus

ac re cibaria scripserunt, auctores praeципtent: ex quibus Simeon Sethi de alimentorum facultatibus interprete Martino Bagdano Bernatium Archiatro, Melch. Sebizii ac Balthasaris Pisaneli libri de alimentorum facultatibus, Ludovicus Nonnus ac Joannes Bruyernus de re cibaria, Leonardus Lessius S. J. in hisgisticco seu vera ratione valetudinu bona & vita, cum subiecto tractatu. Ludovici Cornari eodem pertinente, praesertim vero omni exceptione maiores Paulus Neueranzius de purpura cap. 20. ac Johannes Sigismundus Elsholtz in diatetico nuper patrio sermone typis exarato; nec non Gregorius Horstius ac Engelbertus Holterbosius de tuenda sanitate legi ac imitari inerentur.

Ne igitur sine symbolo dato hinc discedamus, patris tantum, qualiter homo cibi & potus debita administratione febrem castrensem malignam declinare queat, iisdemque necessariis regulis lectorem instruere voluimus.

Cibus & potus, licet bonae notae sint, ac laudabile nutrimentum suppeditent, saepius tamen de die, & magna copia non ingerendus, quia succi nutritii elaboratio hoc modo turbatur; ita etiam esculenta sanguinem feculentum, spiritibusque orbum progenerantia interdicta volumus, qualia sunt caro recentis suilla vel putrida aut corrupta alia, pisces putrefacti vel mortui, ova ad duritatem cotta, butyro frixa ac vertula, massa ex arina & summo lassis pin'ae, non fermentata, lagana, poma immatura, fructus dulces bileisque augentes, ut sunt pruna, mala persica, cucumeres, pepones & similia: sic etiam nec vinum largius ad ebrietatem usque, neque sulphuris fumo inquinatum, aut rectens, acidum, austерum, pendulum ac rancidum, nec cervisia haud bene desecata, non vetus, nec acescens bibenda. Vitam sedentariam exigentes, quia exercitationibus corpus non multum fatigant, nec assidua manuum opera victum querant, cibis, alimonium bonum præbentibus, concoctu facilius parcus demensis hora debita vescantur, viam generosum vetus, vel zythum probe fermentatum beneque defecatum superdibendo.

Cena semper prandio parciot sit, nec statim à pastu, ventriculo cibis onusto, nisi prius sterent, aut passus mille metrunt, lectum petant; inter prandendum aut cenandum, vel sub vesperam pro sanguinis refestatione ac refrigeratione, embannatis loco, fructus acidiusculi, hincque nonnihil adstringentes, attamen maturimi, ut sunt ribesia Europaea, fraga, bacca rubi idea, cerasa acida, mala, pruna Damascena, ac uva modice gustari possunt, cumque his, ne acor eorumdem crudior ventriculo obfit, panis tantillum comedatur.

Quorum corpora nimio calore aëuant, ab esu lactis, termina saevissima, diarrhoeam vel vomitus biliolos excitante sibi temperent; operiorum & cerebrioribus exercitationibus defessa corpora, quia vitiosorum humorum congestum sudore mox eliminant, non tantum lac, sed & alia interdicta edulcia facilius ferunt.

Quotquot autem ventriculum, ab hesterna cena, cibo potuque nimium gravarunt, si postridie à quoque vietu abstineant, nullo incommodo erunt obnoxii.

Quicunque prima statim luce Medici aëgrós contagio furente invisere debent, offam cepe ac ovo sorbili auctam assument, vel panem butyro illitum foliisque ruta confpersum edant; vel ad minimum frustulum panis ruta vel alio aceto intinctum deglutiunt, ne virus inspiratione attractum ventriculo vacuo diu inhæreat.

Jentaculis non assueti, vel ea ob nauseam formidantes, grana aliquot juniperi, vel angelice, zedoaria aut imperatoria radicem, cornicisque malii cirei, ca-

ryophyllos, cinamomum aliisque spiritus suscitantis manducando sanitati sue consulere posunt: cepe aliquique esus hoc tempore multum conferret, modis ea deglutientes pessimum ex ore hælitum nois sparent. Ego graveolentum horum loco somorem penem maritum aromatibus conditum aut biscotum facio onustum.

Horum etiam perversa consuetudo merito detestari debet, qui vix orco sole vinum sublimatum, aliosque generosiores latices liberalioribus, aut dimitaxat brevibus hastibus ingurgitant, vel absintuen, aut alium vinum integris sere mensuris haueant: quorum in usu diuinus perieverando ventriculi habitudo sensim relaxatur, flaccescit, ac ciborum digestio depravatur.

Quid de abominando atque nocentissimo tabaci abuso statuendum sit, supra scilicet 1. cap. 5. §. 2. abunde explicatum est: hoc unicum saltem hic concedimus, quod aere praesertim nebuloso & humido, aut si caput distillationibus sit obnoxium, summo mane ac cubitum ituri unicam tantummodo fistulam sumisicam exsugant: caveant tamen sibi omnes ab in-

temperato ejus usu.

Ultimò non ab re foret Medicos castrenses, si à scripto tedium hauserint, ad Raymundi Mindereri medicinam militarem nois Jeannis Hiskie Cardilucii novis auctam, ac Joannis Valentini Wilii, quem ob præmaturam mortem merito lugemus, tractatum medicum de morbis castrenis internis cap. 4. §. 3. remittere.

CAPUT V. De modo gubernandi exercitationes, ac quietem.

Quemadmodum moderate corporis exercitationes naturam à multis molestis, intra cotis spiracula hærentibus cordibus liberando, sanguinenque, (ne particulae hujus duriores, crudiores & minus mobilis in vasibus tenillimis varios morbos producturæ subsistant) in naturali motu juvando, ad sanitatis conservationem plurimum faciunt: ita motus vehementior ac diuturnior sanitati humornæ quantimaximè officit, quis omnes in corpore spiritus exhibiuntur, singula membra cum visceribus debilitantur, ita ut particulae, sanguini ægre uniendæ, ad cotis reticulum glandulasque miliarias rejectæ, ibique subsistentes per sudorem aut exhalationem exspirare nequeant.

Otiosa similiter segnissima vita, qua fuligines copiosæ in corpore accumulantur, proprii motum autem partibus denegatum exhalare non possunt, valitudinis firmatæ summe nocet: sic itaque suppressis spiritibus laudabiles etiam humores cordibus istis conspurcantur, ac deleteria qualitate imbuntur: quapropter, si sanitati viribusque nostris proficere contendimus, in motu & quiete medium teneamus necesse est.

Sudor à laboribus, vel aliis corporis exercitationibus in cutis ambitu frigus contrahens, & ad interiora pulsus, sanitatem vehementer laedit. Hinc quibus hoc accidit, cutim universam confessim satque diu pannis calidis asperioribus, ad poros patulos reddendos, perficari sibi patienter; quibus hoc non arridet, in lecto probe recti sudorem proliciant, quo id, quod frigoris imperu sub cute congelarat, expellatur; alias febri quadam infestari possent, & si sudor præter omnem spem non exciteatur, eundem cochleari rob sambuci, acetii aut aquæ, vel etiam posca modico diluti, è voto provocabis.

Qui prolixiore de his institutionem desiderant, accepta mente Hieronymi Mercurialis totum de arte gymnastica opus perlegant, cum huic elegantissimo scripto, quod ad corporis exercitationes pertineant, nil omnino defit.

omnia infantibus ac pueris suis obvenientia morborum symptomata , accurate semper attendere . *Pneumatis enim Caius Aureliano auctore est specillum seu instrumentum , per quod aliquid in naribus infunditur , sive infundibuli sive siphonis formam habeat ; ac ferreum aut cornuum sit , perinde est : oriturque à verbo *pneumatis* , narib. instillo : quo usus est Diocorides aliquot locis ; ut & *pneumatis* ac *pneumatos* ibidem occurrit .*

Hodie pariter in Galliis aqua *Regina Hungaria* in naribus attracta usitatissima est , ita ut plurimi , cum à limpido hot liquore tunicae in naribus formina confessum referentur , tabaci pulverem deserant .

Salivam deficientem *masticis* , *caryophyllorum* vel *radicis pyrethri* manducatione prolicimus : at si in locis infectis contagii tempore versaris , à saliva deglutições sedulo tibi cavers , ut cui forsitan spicula lethifera ex aere attracta inhaerere , & in ventriculum derridi , illicque facilimè inflammationem aut gangrenam excitare possunt ; ideo semper eandem expuere conductit , ut id diffusius à nobilissimo Jacobo Joanne Wenceslao Dobrzenski de *Nigroponte in preservativo universali naturali demonstratum* est , quem videlicis . Urina suppressa aqua petroselini vel raphani rustici , cui gattæ aliquot olei distillati succini albi instillentur , provocatur ; aut in hunc sinem mane ac vesperi de tintura salis tartari gutta X. vel XII. in jure vel aqua fragorum assumuntur .

Menstruus fluxus in foeminis utero non gerentibus deficiens par sequens infusum emmenagogum , prius ab Exc. *Wepfero* longo usu probatum , postmodum verò à nobis hoc modo praescriptum , excitatur .

2f. Scobi chalyb. 3j. *Cinamomi acuti* , *cort. pomorum* , *aur. ext. sicc. rhubarb. electi sing.* 3ij. *caryophyllorum* , *maceris singulor.* 3:8. *cortic. Winteran.* *salis absinthii* , *sem. fenic.* *singulor.* 3ij. *melisse* , *pulegii singulor.* *M.A.N. b. sacchari* 3j. *Confusis in pulverem crassum assunde vini albi veteru mensuram* , *aqua melisse* *mensur. medium* .

Scent per biduum infusa ; postea quotidie mane ac vesperi de claro liquore bibant 3ij. quo sumto , corpus par horam movendo , sese calefaciant , omniaque frigida fugiant .

Similiter *antimonii diaphoretici martiali* grana X. vel XV. cum pauxillo *cinnamomi* in vino vel jure mane ac vesperi deglutire , perque XIV. dies continente conducit .

Ec quia grassante hoc malo virium quam maxime conseruationi studendum est , sudores etiam in lachanticis proletri , Venuisque immoderata plurimum nocent .

De animi pathematibus , que potissimum aliae enormes evacuationes , vires una cum spirituum cohorte proflernentes , consequuntur , in superioribus sufficienter dictum est . Hisce temporibus quoque post purgationes vituperatas , venarum etiam incisio , scarificatio & similes evacuandi ritus & quæ noxiæ ac omnes errores in sex rebus necessariis deprehenduntur .

CAPUT VIII. Quibus remediiis hic morbus præcaverti possit .

Quotquot , licet nullam in corpore mutationem , le ab hac lue correptos esse , percipient , copiosis in sanguine stagnantibus corruptis humoribus referti sunt , feculentarum harum superfluitatum colluvium vere & autumno per leniter purgationem , superiori capite indicata medicamenta eva-

cuare debent : plethorici verò , & quorum arterie ac venæ turgent , si ad id assueti sint , nec inde expavescant , secunda vel tertia ab assumto pharmaco die , ad sanguinem immundum ac ventilandum , observato simul debito victus regimine , quinque vel sex aut septem ejusdem uncias ē sella vena emitant . Hanc qui , ut & remedia purgantia reformidant , de die in diem à cibo & potu sibi detrahant , usquedum se melius habere , atque ventriculum & intestina a superfluis excrementis , corporis que ab humorum corruptela liberum esse senserint . Nec media aëtate , præfertim diebus canicularibus , nec hieme horrida in partes sœviente purgatio aut venefactio instituenda : his namque anni tempestatibus varios morbos , hac non sœviente malignitate , incurere possumus , si ejusmodi admiculis abuti velimur .

Qui vel leviter febri castrensi se tactos esse existimant , purgantibus omnino abstinent , atque scammonium , colocynthida , jalappam , agaricum , aliqua que his similia cane pejus & angue fugiant : mox verò in principio , si cardialgia adsit , aut ventriculus ingestis corruptis scateat , mitius aliquod vomitorium assumant , v. g. de *oxyaccharo* emeticio *Danielis Ludovici* 3:8. vel de *tartaro* emeticio ejusdem auctori duo vel tria grana in cochleari aqua fontane aut juris calidi , postero mane diaphoretin instituant , *antimonii diaphoretici* 3:8. vel *bzoardici minerali* 1:6. cum pauxillo condituras rosarum , aut *rob. lambuci* subtiliorum sumendo ; utque sudor velocius atque liberalius prosiliat , bonum haustum decocti cornu cervi aut alterius superbibant : absente autem emeticorum indicante , *antimonii diaphoretici* 3j. nitro adhuc gaudentis aqua distillata aut fontane unius aliquot dilutam , ac sirojo violatam ad placitum auctam uno haustu ebibere , aur. solis polybrephi semi unciam in iure largiori solutam absumere poterunt ; postea sudoris expulsio tractari videtur , & ita si quis à diaphoretico efficaciore semel aut bis sumto seger convalescit penitusque restituitur .

Infantes propter pituitæ tenacioris , vermiumque in ventriculo ac intestinis collectionem , potissimum , quando variolarum vel morbillorum indicia adsunt , commodissime ac securissimè trochisci nostris berbericis laxantur , quorum compositio hæc est .

2f. Mercurii dulcis aliquoties sublimando optime purgati 3:8. *Discrydii sulfuri fumo non infracti* gr. xxxviii. *Cornu cervi philosophice preparati* 1ij *Cinamomi acuti* 1j. *Sacchari albissimi* 3:8.

Misce , sicut cum lentore tragacanthæ ac conditura resarum trochisci No. LXIV. fabæ magnitudine æquales ; de quibus infantii unius sumi unus , bimulo & trimulo duo , quatuor aut quinque annos habenti ires , sex ad decem usque annorum pueritiam extendentium quatuor , vel triti in pulicula , aut alio quoconque modo exhibeantur .

Præter hæc , licet præmissis purgationibus , beneque infusura victus ratione corpus satis detersum aquæ colluvie vitiosorum humorum liberatum sit , alia etiam medicamenta haic veneno ē diametro opposita in usum voranda sunt , quando majori securitate minorique infectionis metu inter hac lue detentos vivere volumus ; ex quibus sequentia excellunt .

Quis itaque forma pulveru arridet , his sequens prescribatur .

2f. Radicum angelicae , *cerline* , *zedoarie* , *radicum fraxinella* , *helenii* , *boli Armen.* singul. 3:8. *Myrtha rubra selecta* , *cinnamomi optimi* , *caryophyllorum* , *nucis myristica singul.* 3j. *Sacchari albissimi* 3vij.

Misce

CAPUT VI. De modo regendi somnum & vigilias.

Quis capite praecedenti, quomodo corporis exercitationes gravante hac febri sint inticuenda aut moderanda, explicamus, haud difficulter illic quoque somni ac vigiliarum regimen desumi posse existimamus: nihilominus tamen unam vel alteram animadversionem addendo, commentarium hac de re magis intelligibilem reddemus, ex quo etiam nono nihil patet, quomodo & quando somnum vel vigilias capessere sanitati conducat.

Cavendum itaque, ne in excessu, aut defectu eundem peccemus, sed, sicuti in motu & quiete, medium teneamus. Ab immodicis namque ac intempestivis vigiliis spiritus fugantur, sanguis acrior ac crudior evadit, calor nativus obtunditur, ciborum concoctio depravatur, vites labefactantur, sensusque omnes obscurantur. Contra somnum nimius, meridianus praefertim modum excedens, alimentorum digestionem retardat, imperfectamque relinquit, ac excrementorum egestionem remoratur; dumque ventriculus denuo cibo ac potu, prioribus nondum digestis, oneratur, chylus certe à fecum inutilium magnate haud decenter seceretur, sed turbidus crudusque ac feculentus permanet, & postquam sanguini commiscetur, peregrinam atque hostilem eidem larvam inducit, motuque corporis deficiente bona malis tam diu commixta permanent, donec humores omnes putrefiant, cruditatem limosam, vasa angustiora obstruentem, contrahant, atque acrimonia corrodente partes singulas sensim sensimque depascant.

Ægrorum curam habentes, totasque noctes insomnes traducentes interdiu per unam aut alteram horam dormiant, cibosque coctu faciles capiant. Ne quoque ab ægris exhalantes malignæ fuligines tam facile contagionis ope per respirationem se ferant, neu spicula sua profundius in pulmones, ventriculum aut cerebri meninges adgendantur, jejunos ad ægrum appropinquantes nullus fave Medicus sit, fave alius, sed semper aliquid prægustent necesse est; vini autem potui largiori non indulgeant, quia ebrii partim lecto affixis non recte prospicere, & partim faciliori ad luem hanc per contagionem hauriendam dispositionem nanciscantur.

CAPUT VII. De modo excrementa in corpore preter naturam retenta, expellendi, probosque humores resindendi.

Venter quotidie ad minimum semel ministerio officioque suo fungatur, necesse est: quod majori valeudinis levamento mane mox à somno sic si suetum quotidie ciborum retrimenta tam mature deponi non possint, sellae cum egerendi nisi saepius insident, (qua consuetudine non neglecta tandem adstrictissima alvus obedit) ventris coacta è corpore extrudentur.

Pessime sanitati sue consulunt, qui in pertinaci alvi segnizis purgationibus exemplo, clysterum injectionibus, ac glandibus perpetuam se macerant: à binis enim posterioribus excretionum modis, si nimis acris immineta sint, ani sphincter, sedisque venæ nonnunquam ita intumescunt, ut sordes ventris, lice ex intestinis reliquis ad rectum usque protrusæ sint, excerni tamen nequeant; & sic alvi contumacia, quam his remedii tollere male satagunt, eò

magis augearur.

Æque boni, quam vitiosi humores cum ipsa bile in cyli sua, magna vi è corpore per medicamenta purgantia fortiiora expellantur, ita ut deinceps magna versus inferiora detrudendum, ac per alvum eliminandum partim non satis humectetur nec lubricum reddatur, partimque ob exhaustam bilem stimulo ac nisu debito, quo felicius & facilius egatur, careat.

Improvidie purgationes, experientia teste, novas constrictiones spasticas ac inde oriundas inflammations in ventriculo, intestinis, pulmonibus, partibusque aliis internis frequentissime excitant: proinde prudens Medicus tam temporis, quam loci symptomatumve circumstantias probe observet, ne alium hostem, quam ante morbus fuerat, magis saevientem, detestandis hisce evacuationum officiis, in corpus illiciat, quam exturberet: cujos etiam in sed. 1. cap. X. paucis mentio facta est.

Plurima à purgantibus remediis damna exhibentur in doctissimo venerandi Wespeli nostratis libro de cuncte aquatice histrio ac noxis, qui infinitis fereditatus est observationibus: quarum aliquot jucundas, bona cum auctori celeberrimi gratia appellare possum; quod experimentis illis non solum frequenter interfuerit, sed etiam iisdem suppetias ultra tulerim: quod &c alii viri solerissimi, ut ex ipsomet opere patet, ingenuo praeficerunt. Quam ob rem aquum leptonem ad scriptum illud elegansissimum, pro asserto nostro vindicando, evolendum obsecro.

Quoties autem alvum adstrictam nonnisi remediis operâ ad excrementorum egestionem follicitare possumus, mihiora nobis sufficient, inter quae sequens usui externo conductit.

Y. Butyri rec. unc. ij. vitellum ovi, croci trit. gr. x.

Hec probe subacta (quibus ad placitum de luteo sambuci pulvere 3j. commisceri potest) clysterie nucis myristicæ vel juglandis ano intrudantur; vel globuli è panis fermento, sale consperso formantur & exsiccantur, quos postea in usum vocando, unum, duos, vel tres butyro aut olivo illatos podici intrudimus. Qui à flatibus ventri inclusis obstructiones alvi incurunt, pari modo globulis è saccharo meschum spirantibus, oleo communis vel butyro intinctis utantur. Hoc in casu quoque turritissime glandes, (non sepe repetenda.) ex melle cocto, salis communis addito pauxillo, confectæ applicantur. Globulis autem atque glandibus propter excremendorum nimiam duritatem nihil proficiuntibus, clysteres emollientes domestici cum fructu injiciuntur, qui ex libra laitis aulcis tepidi, cui vitella uorum duorum, mellis cochlearia duo, vel saccharum tritum admixta sint, componuntur; vel lactis loco, aqua fontana aut juris carnium mensura media substituitur, cui furfurum, herba malva aut althea, florum chamaelii singulorum manipulus, seminis avisi 3 ij. incoquuntur, colaco juri postea butyri recentis unc. ij. melisque recentis cochlearia duo addendo; quotiesque aqua fontanæ assimilamus, parum adhuc salis communis inspersimus.

Infantes à sola candelæ è cera, aut syringæ clysteris butyro vel oleo illata in anum lenta intrusionem siue alvum exonerant: quibus etiam externa remedia superius recentia, commode applicari.

Unguentæ, cataplasmatæ, ac olea hic spongialina egregie alvum movere solent: uti est unguentum de cyclamine seu de aryanita, oleum epomphalimum Fioravanti, cataplasma ex cunico cum felle zauri mixtum Sec. Austriae Rubequensis, descriptum à G. H. Welschis in exoter. cur. & obser. chil. II. 501. linimentum è salvia recenti cum butyro coctum, ac hujus plantæ pulvere aspersum, ac unguentum contra vermes

mes correctum in Noctibus nostris hibernis ; ut & sequens mixtura , que conficitur ex olei è lathyride Fernelii , ac linimenti è salvia singulorum uncia , olei que epomphalini 3j. Cuncta haec vel ventri toto , vel si fortiora sint , umbilici regioni illinuntur. Huc quoque spectant unctiones pedum cum bellebore uro- que hermodactylis , hyoscyamo , sempervivo , succo peoniae ac sebo paratis , ac ab eodem Welschio exot. cur. & ob. chil. II. 596. descriptæ. Si oleum lini calide lin- teis exceptum iepius ventri toto imponatur , e- tiam pertinacissimæ ventris obstructions rescrabun- tur.

Alvus externa remedia respuens , lenientibus & emollientibus internis medicamentis ad officium com- pellenda est : quod fieri , quando mane ac vesperi ho- ris daubus ante prandium & cenam tremoris tar- tari probe traxi 3j. in jure carnium parum ebulliens as- sumitur ; vel praesente biliosi in ventriculo colluvie sequens pulvis eodem tempore cum jure tepido for- betur.

U. Crem. tartar. Iij. Ocul. cancer. Iij. Anti- mon. diaph. c. niro. gr. 5. Dacryd. juf. pat. gr. iiij. Ol. nuci myristica expr. gr. j. M. f. p. s.

Pulvis chalagogus celeberrimi Wespieri huic intentioni etiam satisfacit , cujus haec est descriptio.

U. Cremor. tartar. Iij. Dacryd. c. sulf. pat. gr. iiiij. Nitri ppt. gr. j. M. or.

Felicem effectum in conrum cissimis alias alvi obstructions à passularum laxantium su , de qui- bus mane ac vesperi bonum coquicar alsumitur , exserti sumus , & infantibus eriam , ut ut minori dosi , tutissime exhibuiimus : modus illos parandi se- quens e^a.

U. Prunor. Damascen. maturor. à nucleis liberat. 3iij. Flosor. senna sine flispit. select. 3j. Tartar. a/b. puriss. 3j. Sem. seniculi 5iij.

Incisa & contusa in aquæ fontanæ mensura me- dia ad dimidiu consumit. lente coquantur : colato ju- xi add.

Passular. minor. probe lotor. & select. 3vij. Sacchar. albis. 3iij.

Hæc iterum coquantur , donec mellis fere spis- fitudinem habeant ; postea ab igne remois , & tam diu , donec refrigerant , agitatis commisce cinamomi selecti pulveris 3j. atque ita in pyxide pura ad usum servetur.

Sola folia senna cum prunis Damascenis urgente ne- cessitate , coqui , jusque calide , addito saccharo , hauriri potest.

Sambuci flores nondum aperti , aceto , pipere ac ma- cere condit , & saccharo oleove affersi embammatis instar in mensa assomti alvum laxare solent.

Lactuca junior cum jure carnium bullita ac buryo re- centi , salive , piperis macerisque pauxillo aucta pariter alvum sollicitat.

Succus nasturtii aquatics cum jure sumtus , ventrem laxat , si mane ac vesperi repetatur , ac per aliquot dies continuerit : quod & praefat succus cochlearia co- dem modo ingestus.

Imo quotidie secunda hora ante prandium de se- quenti pulvere dosis in jure salis expertise sumi po- terit.

U. Crystallor. tartari , antim. diaph. florum sa- lis ammoniaci cum hematite , salis absinthii singulorum 3iij. F. pulvis tenuis , divisis in doses VIII. aqua- les.

Quomodo ex adverso in diarrhaeis aliisque alvi profluviis procedendum sit , infra fest. III. cap. 14. scis explicabitur.

Sudoris quidem in hujus fest. cap. V. aliqualem mentionem fecimus ; nihilominus tamen delicatuli , si qualem cunque mutationem percipiunt , frigidos que corundem membra horror quatit , de extracto

Tom. II.

nostro theriaco grana V. in catapotiis , vel bezoardi- ci mineralis grana X. cum sirupo oxyacanthæ seu ber- verum , vel citri , aut mica panis , vel conditura ro- arum subcta deglutire , vel etiam aliud diaphore- tum , quorum infra descriptiones aliquot exhibebun- tur. sumere poterunt.

Cerebri sordium , ut dicunt , in naribus extilla- tio , propter dulcurn in iisdem à spissiore blenna oppilationem , intercepta , errbinis ac pharmicis opti- mè resolvitur & educatur : quo varii pulveres è ta- baco , aromatibus ac plantis odoratis compositi perti- nent , quorum copiam nobis Dn. Pradeus nobilis Gallus in eleganti tractatu de tabaci per naras attrahendi preparazione primum Gallicè edito , nunc vero Germanicam in lingua verso à G. K. M. D. exhibuit ; quibus hic subjugere volumus pulverem tabaci compositum , communicatum ab Illusterrimo Co- mite Maximiano Francisco à Furstenberg , unde ho- die apud nos sub nomine pulveris tabaci Comitis Maximiliani venum exponitur , cuius haec est defi- ctitio ,

U. Tabaci virginiani. ibi. Iridis florentina ib. Ligni rhodiis ib. Cyperi rotundi 3iij. Cinnamomi , sly- racis calamite , summi etiam amaraci . rosmarini , la- vende singulor. 3j. Cypophyllorum , macru , flo- ram rostrum ruborum singulor. 3iij. Radic. eliebori ali- bi 3iib Zizib , moschi orientalis spiritu rosarum soluti singul. 3B.

Fit ex omnibus pulvis non admodum tenuis : verum malus mos , pulveres pharmicos liberalius ac frequentius attrahendi , hic merito rejicitur.

Huic quoque sequens pulvis ad roborsandum caput efficacissimus viribus accedit , si quantitas lenti su- binde naribus attrahatur s q. ab amico communica- ius hoc modo , ut sequitur , paratur.

U. Tabaci virginia i 3j. florum betonicae , cor- go- phyllo- um ; nuci myristica singul. si. mochi orientalis spiritu rosarum soluti , ambra- bry ea singul. ij.

F. secundum artem pollen probe in vase custodien- dum clauso.

Huc quoque eleos accharum nostrum pharmicum per- tinet , quod usu frequenti probatum quoque prepala- re volumus , & sic componitur.

U. Sacchari candi albi , radicis piperitidis siccata sing. 3iij balsami apoplectici optimi 5j. olei thymi , ama- raci urinæque distillati singul. 3B.

M. f. pulvis subtilis , qui in vitro optime clauso aservandus.

Sic aliquoties hac tintura pharmica , quæ Ext. Job. Sophronium à Kozak auctorem habet , facis an- tiquas ac pervicaces cephalæas post purgatum cor- pus cum extracto cathartico ac mercurio dulci persana- vi , & hoc modo componitur.

U. Radicis eliebori albi 3j. pyrethri ; amaraci floriferi siccata singul. 3B. Spiritus vini optimi , quan- tum sufficit , ut tres digitos superemineat.

Stent aliquandiu in loco rapido probe vitro in- clusa , donec inde tintura fortior extrahatur , quæ per philum ut clarescat trajicienda : in hanc pos- teta penna immersanda , qua narcs , quoties inibi blenniam stagnantem resolvete ac expellere stude , illinire poteris. Nos interdum quoque aquam am- araci in qua eliebori albi fibra bullerit , si huncu- lo vel rhinenchryte in narcs infantum opples in- jecimus , & ita eodem à suffocatione liberavi- mus.

Modum , quo à variolis obstructæ narcs maturè reserari queant , nobiscum olim communicavit Em- manuel Stimmer , Senator amplissimus , compates & amicus integrissimus , quem propter egregias a- nimi doles , ingenique , quo pollet , acumine , ho- noris causa hic nomino : quod sciām , eundem ad

Misce, fiat pulvū subiliū, de quo mane ac vespere cochlear dimidium comedant, vel vino aut melle dilutum potent.

Condituram vel eclegma desiderantes hunc pulverem uni vel duabus libris rob. baccarum juniperi vel sambuci, commixtum mane ac vespere, quantum apex culti capit, deglutiunt.

In forma pilularum aut conditura sequens probatur:

U. Aloës Socotrina, gummi ammoniaci, Myrra rubra, terra signata singul. 3j. croci orientali 3j.

Misce, fiant cum theriaca Audromachi catapotia pisi magnitudine, de quibus duo manæ ac vespere sumenda: aliarum etiam pilularum theriacón tuendi se contra febres malignas gratia & rebus ad theriacam necessariis artificiosa virium extractione paratarum duo vel tria grana in unam pilulam redacta felici successu quotidie deglutiuntur.

Compositionem extracti theriaci licet satis liberas sequenti modo, sect. 3. cap. 2. saepius feliciter obtinui, autemque affirmare, eandem omnes alias longo post se intervallo relinquare, cum summo studio vires earundem rerum in hoc extracto conserventur, exaltentur, ac in exigua moleculam contrahantur.

Qui liquidis delectantur, mane in cochleari cum vino guttas sex ad decem usque de elixiri proprietati Paracelsi debite secundum Joannem Franciscum Vigani perato, vel loco hujus de sequenti mane ac vespere XII. XV. ad XX. guttas in vino, juscule, aut aqua scabiosa sumant; cuius haec est compöitio:

U. Aloës Socotrina, myrra rubra, croci orientali, rhubarbari urti, radicus zedoaria, angelica, inula, corticis citri siccatae flavi extimi singul. 3b.

His comulis & concisis assunde acesi acerrimi 3iiij. & spiritus vini à phlegmate liberi mensuram medium: stent per dies aliquot in loco calido, vitro probe munito, inclusa; essentia postea clara servetur ad usum.

Quibus acida grata sunt; de sequenti aceto alexipharmaco cochlear unum mane ac vespere assument, vel fructulum panis in eo madefactum deglutiunt, aut offe, juscule, vel cibis commixtum hauriant:

U. Radicum angelica, inula, carline, fraxinella, tormentilla singul. 3j. baccarum juniperi 3j. zedoaria, zingiberis albi singulor. 3b. corticis citri, winterani, cinaroni optimi, nucu myristica, caryophyllorum, myrra selecta, singulor 3j. croci orientali, cæsura singulor. 3j. foliorum ruta, herba scorodii, rosmarini, florum centaurei minoru, roseum rubearum, calendula singulor. M. j. seminis citri, feniculi singulor. 3j.

Incisus & contusus assunde aceti acerrimi ac fragrantissimi mensuræ tres, & ubi in loco calido per duas hebdomadas in vitro capaciori probe clauso stetere, acerum, reliquo magmata post prelum rejecto, clarum in aliud vitrum effundatur, &c, ut supra dictum fuit, capiatur.

Nonnulli quoque domo egressuri orbiculum depono citri recenti cum ipso cortice comedunt: qui commanducatus, meo iudicio, haud contemnendus; in peste Viennensi eodem cum fructu usi fuerunt.

Tria trium celeberrimorum Physicorum Amstelædamensium Francisci de le Boë Sylvi, Pauli Barrette, & Francisci van der Schagen prophylætica medicamenta intra corpus juxta eorumdem præscriptum assumpta, maximo cum fructu virtutes suas exerunt; qualia sunt aqua prophylætica vel acetum antiloimicum, conditura prophylætica & pulvis alexipharmacus.

Nullis aliis balzamis aut aquis distillatis, aliisque

operosis compositionibus contra hanc lucem opus habent, qui in modo descriptis, & sect. 3. cap. 3. adductis remedii acquiescent. Lectorem autem his non contentum ad Anteiores eos, qui de peste scripsere, remittimus, nosque ad curationem harum febrium, tertiamque sectionem accingimus.

SECTIO TERTIA.

De tuta hujus luis curatione.

CAPUT I. De optima medendi methodo in curatione hujus morbi attendenda.

Quoniam inter omnes Medicinæ partes genuina medendi methodus primas tenet, siquidem illa modum docet, quo desperita jam sanitas per certas indicationes iterum restituī possit; ideo etiam hic nobis probe observandum venit, ut ex veris artis fundamentis curationem hujus malii rutam desumamus; quam obtrinebimus, ubi secundum certas indicationes, indicata remedia ex infallibilibus hujos luis indicantibus causis desumimus.

Cum itaque universalis methodi medendi scopus sit, ut contraria contraria currentur, atque indicationes curationis generali in hoc consistent, ut omnium morborum cause inhibeantur; inde sequitur per remedia illud contraria, partimque nocentis sublatione, & partim deficiens additione hoc fieri debere: sublata enim alicuius rei causa tollitur etiam effectus.

Merito igitur reprehendendi sunt omnes qui, empiricorum more, minus perspectis causis, immo vix animadversis morborum phenomenis, mox se ad persanandos quosvis affectus accingunt, quo iurata sua remedia secreta sat caro pretio misere afflictis ægrotis venundare possint.

Ut autem ad propositum nostrum eo commodi perveniamus, occasione febri castrensis maligna epidemia certæ indicationes adinveniendæ, quæ ad triplices hujus luu causarum numerum dirigantur; atque ut decentem curationem obtineamus, sequentia peragenda sunt.

I. Ut acidum volatile, corrodens, effterum, sulfureum, seu resgarinum, sal virulentum, internum illiusmodi inflammationum saepisque gangræne causa, evacuando, infringendo, invertendo, absorbendo, diffugendo, precipitando, aut figendo viribus suis orbetur.

II. Ut sanguis, ejusque serum, succus nervorum seu spirituum vehiculum, ac omnes, quoque nomine veniant, in corpore peccantes aut in putrem abeunt, vel etiam ob lentorem stagnantes humores innatent & emendentur, naturalemque dulcorem, sytasis debitam, ac motum convenientem redipiscantur; & si qæ cruditate laborant digerantur, ac ad maturitatem perducantur, lentoremque deponant.

III. Ut inordinata vivendi virtusque ratio deservatur; ex adverso autem hygieines præcepta, quæ in debito sex retum necessarium usu consistunt, & partim ad opprimendum morbum, partim ad pristinam sanitatem recuperandam necessaria sunt, observentur.

Nihilominus tamen diligenter hæc tria notitia digna sunt. I. Ut curatio tuta, cœta & jucunda fiat. II. Ut à minoribus ad fortiora remedia gradatim ascendamus. III. Ut communis auxilia singularibus præferamus.